

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die
Savanter Diöcese.

Inhalt: I. Facultates alienationem, obonationem et locationem bonorum eccles. concernentes. — II. Ministerial-Entscheidung betreff der Exhumirung auf Friedhöfen. — III. Ministerial-Verordnung in Betreff der Messenstiftbriefe. — IV. Einladung zu den Priester-Exercitien. — V. Diöcesan-Nachrichten.

I.

Facultates, alienationem, obonationem et locationem bonorum ecclesiasticorum concernentes, a S. Sede Nuntio Apost., Archiepiscopis, Episcopis Austriacis prorogatae.

LEO PP. XIII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Quo expeditius in nonnullis negotiis ad Ecclesiae utilitatem in Austriaco Imperio S. Sedis Apostolicae auctoritas, per Nostrum et eiusdem S. Sedis Nuncium pro tempore penes Imperialem Aulam Vindobonensem, vel eiusdem Nuncii obeuntem vices intercederet, necessarias ad praefiniti temporis spatium facultates iam inde ab anno MDCCCLXXX per Apostolicas litteras, die XIV. Maii mensis eadem hac forma datas, concedendas existimavimus. Verum cum modo postremae praefinitum concessioni huiusmodi tempus effluxerit, a nonnullis praefati Imperii Sacrorum Antistitibus supplicatum est Nobis ut easdem facultates, in aliud temporis proferre, vel denuo concedere velimus. Nos igitur hisce annuentes precibus Apostolicae Sedis Nuncio, qui apud Aulam Imperialem Vindobonensem pro tempore existat, vel ei qui Nuncii ipsius vices gerat, nec non Archiepiscopis, Episcopis ac Praesulibus Nullius, ut vocant, qui in universa quam late patet Austriaci Imperatoris ditione continentur, exceptis tamen bonis, si qua in provinciis Italicis existant, itemque Episcopo Wratislaviensi pro parte Dioecesis, quae in Imperio Austriaco continetur, decennio hinc proximo duraturam facimus potestatem concedendi facultates sequentibus articulis comprehensas. I^o = Archiepiscopis nimirum alienandi bona ecclesiastica usque ad summam florenorum octomillium monetae Austriacae, Episcopis vero ac Praesulibus Nullius Dioecesis usque ad summam florenorum sex millium eiusdem monetae, sive stabilia ea bona sint, sive in publicis nominibus consistant, adiecta tamen conditione, ut pretium ex alienatione perceptum, in aliorum bonorum stabilium seu censuum acquisitionem convertatur, iisque deficientibus pretium ipsum alia ratione fructuose ac secure collocetur, exclusa qualibet negotiatione, ex Sacrorum Canonum sanctione ecclesiasticis viris interdicta. II^o = Archiepiscopis impertiendi facultatem imponendi bonis ecclesiasticis onera, quae non excedant summam florenorum quindecim millium, Episcopis vero et Antistitibus Nullius Dioecesis, eandem impertiendi facultatem, dummodo onera non excedant summam florenorum duodecim millium, rationem tamen ac terminum praefiniendo quo aes alienum a causa pia contractum dissolvatur; quod si necessariae instaurationes ac melioramenta in aliquo fundo ecclesiastico occurrant, neque aes alienum contrahi queat, et nonnisi per alicuius boni ecclesiastici venditionem necessitati provideri possit, hoc in casu concedendi facultatem venditionem perficiendi, cum conditione, ut si ex pretio percepto pars aliqua supersit, eadem

8000
6000

15000
12000

fructuose collocetur rationibus superius expositis. Porro cum ex iure canonico in capite „Terrulas“ facultas detur, fundos exigui valoris alienandi, cui quidem iuris regulae nihil per has litteras volumus innovari, licet in eodem capite, onerum ex quorum impositio minime comprehendatur, ex peculiaribus tamen rationibus animum Nostrum moventibus, et ex singulari concessione in exemplum minime adducenda facultatem impertimur imponendi ecclesiasticis bonis onera quae tamen summam florenorum mille non exsuperent. Huiusmodi vero tam in praesenti, quam in superiori articulo descriptas facultates minime complecti volumus bona ad mensas Archiepiscoporum, Episcoporum, atque Antistitum Nullius Dioecesis pertinentia. Quapropter quum de bonis eisdem agendum erit in casibus superius descriptis, suffraganei Episcopi propriis respective Archiepiscopis autem et Episcopus Wratislaviensis Nobis et Sanctae Sedi immediate subiectus, nec non Praesules Nullius Dioecesis preces deferent ad Nuntium Apostolicum, cui ideoque quemadmodum Archiepiscopis potestatem facimus petitam impertiendi facultatem, si in Domino expedire iudicaverint. = III^o = Firmis manentibus ordinariis facultatibus Episcoporum et causarum piarum pro ineundis locationibus et conductionibus ad triennium, concedendi facultatem locationes et conductiones ipsas ineundi ad quindecim annos, servatis in reliquis Sacrorum Canonum praescriptionibus. Ad vitandos autem abusus nonnullos, et ad obsecundandum aliqua ratione consuetudini, quae in Austriaco Imperio invaluit, ut bonorum Ecclesiasticorum possessores, a respectivis conductoribus redditus seu praestationes in antecessum accipiant, facultatem impertiendi redditus ipsos, seu praestationes percipiendi in antecessum ita tamen, ut illae quod ad fundos urbanos non excedant summam, quae in semestri spatio a conductore debeatur, quod vero spectat ad bona rustica dummodo summam non praetergrediantur, quae per anni spatium a conductore sit persolvenda. = IV^o = In casibus urgentis necessitatis atque utilitatis piae causae, in quibus ad alienationem, vel onerum impositionem sine mora deveniendum sit, facultatem largiendi Archiepiscopis alienationem perficiendi, vel aes alienum contrahendi usque ad summam sexdecim millium florenorum, eandemque concedendi Episcopis et Antistitibus Nullius Dioecesis, non ultra tamen duodecim millium florenum summam. In casibus vero modo expressis, cum agatur de bonis ad mensas spectantibus Archiepiscoporum, Episcoporum et Praesulum Nullius Dioecesis, suffraganei Episcopi preces deferent suis respective Archiepiscopis, Archiepiscopi autem, et Episcopus Wratislaviensis Apostolicae Sedi immediate subiectus et Praesules Nullius Dioecesis postulata deferent ad Nuntium Apostolicum, quem in finem tum eidem Nuntio, tum Archiepiscopis potestatem facimus petitam facultatem concedendi, si in Domino iudicaverint expedire. Hoc ipsum fieri volumus in casibus in quibus non urgeat necessitas, et quando agatur de alienationibus, sive oneribus praefatas superius summas excedentibus. Verum tamen in omnibus et singulis casibus integram esse volumus facultatem postulationes ad Sanctam Sedem directe deferendi. Volumus praeterea ut in huiusmodi concessionibus canonicae praescriptiones accurate servantur, et praesertim constitutio fel: rec: Pauli II Praedecessoris Nostri quae incipit „Cum in omnibus“ edita die XI Maii anno MCDLXV, ac proinde in omnibus et singulis facultatibus ab Apostolico Nuntio sive per se immediate exercendis, sive Sacris Antistitibus, ut supra statutum est, deferendis volumus et mandamus ut pateat ac probata sit piae causae necessitas vel utilitas, quem in finem in singulis casibus tum personae quarum intersit, tum honesti nominis et probati iudicii viri antea consulantur. Mandamus denique ut in omnibus et singulis actis venditionis, sive alienationis, atque etiam locationis ad quindecim annos mentio expressa fiat facultatis ab Apostolica Sede concessae. Haec volumus et concedimus non obstantibus fel: rec: Pauli II et aliorum Pontificum Praedecessorum Nostrum de rebus Ecclesiae non alienandis, ceterisque Constitutionibus speciali licet mentione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die VI Maii MDCCCXC

Pontificatus

Nostri

Anno

Decimotertio

Loco † sigilli

M. Card. Ledóchowski.

II.

Entscheidung des k. k. Justizministeriums betreff der Exhumirung auf Friedhöfen.

„Anlässlich eines vorgekommenen Falles, daß auf einem Friedhofe die gerichtliche Exhumirung von Leichen vorgenommen wurde, ohne daß das betreffende Pfarramt hievon in die Kenntniß gesetzt wurde, werden infolge Erlasses des hohen k. k. Justizministeriums vom 25. Mai 1889 Nr. 8166 sämtliche Gerichte angewiesen, von der Vornahme von Exhumirungen der auf einem Friedhofe beerdigten Leichen stets, soweit es ohne Beeinträchtigung der Strafrechtspflege geschehen kann, sowohl den Eigenthümer des Friedhofes, als auch den betreffenden Seelsorger verständigen zu lassen.“

III.

Verordnung in Betreff der Messenstiftbriefe.

Der Herr Minister für Cultus und Unterricht hat unter 15. Mai 1889 Z. 2691 an die k. k. Statthalterei in Prag folgendes erlassen:

„Der Aufnahme der Bedingung in die Messenstiftsbriefe, daß der Bezug der Messenstiftung dem Pfarrer niemals in die Congrua eingerechnet werden darf, gleichgiltig, ob diese Bedingung vom Stifter oder von der Kirchenbehörde herrührt, ist mit Rücksicht auf den jetzigen Stand der diesfälligen Gesetzgebung nicht entgegenzutreten, jedoch ist in jedem Falle dafür Sorge zu tragen, daß im Stiftsbriefe deutlich ersichtlich gemacht werde, von wem diese Bedingung und insbesondere ob dieselbe vom Stifter gesetzt wurde.“

IV.

Einladung zu den Priester-Exercitien.

Die diesjährigen Priesterexercitien werden in Sauerbrunn bei Rohitsch unter der Leitung eines hochwürdigen Paters aus der Gesellschaft Jesu den 22. September Abends beginnen und am 26. desselben Monats geschlossen.

Damit behufs entsprechender Unterbringung der Herren Exercitanden rechtzeitig Vorsehr getroffen werden könne, sind die diesfälligen Anmeldungen durch das betreffende F.-B. Decanalamt bis längstens 15. September an das F.-B. Ordinariat einzusenden, welches ein Theilnehmerverzeichnis bis zum 20. September nach Sauerbrunn einschicken muß. Die hochw. Herren wollen sich bei ihrer Ankunft um die Wohnungs-Anweisung in der Rentamts-Kanzlei melden.

Das F.-B. Ordinariat hofft zuversichtlich, daß die Zahl der Theilnehmer an den gnadenreichen Geistesübungen recht groß sein werde. Ist's ja jedem Priester ein Seelenbedürfniß, bisweilen die heilige Einsamkeit aufzusuchen, um von zeitlichen Sorgen auszuruhen und sich dem ewigen Heilsgeschäfte zu weihen. Venite seorsum in desertum locum et requiescite pusillum. (Mare. 6, 31.)

V.

Diöcejan-Nachrichten.

Installirt wurden: Titl. Herr geistl. Rath Lorenz Potočnik, Pfarrer und Dechant zu Oberburg, auf die Pfarre Fraßlau, Herr Johann Stajko auf die Pfarre Lainach, Herr Valentin Selic auf die Pfarre Kostreiniz und Herr Josef Frass auf die Lokalie Unter-St. Kunigund.

Bestellt wurden: Titl. Herr geistl. Rath Lorenz Potočnik als Dechant von Fraßlau und Titl. Herr geistl. Rath Josef Žehel, Pfarrer in Praßberg, als Decanatsadministrator für das Decanat Oberburg; ferner: Herr Josef Žickar, Pfarrer

in Weitenstein als Mitprovisor von St. Lambert in Stomern, Herr Jakob Zupanič, Kurat in St. Oswald im Drauwalde, als Mitprovisor von Freßen, Herr Alois Arzenssek, Kaplan in Oberburg, als Provisor daselbst und Herr Johann Wolf, Kaplan in St. Georgen a. d. Südbahn, als Provisor in Pischitz.

Wiederangestellt wurden die gewesenen Herren Provoren: Jakob Hribernik als Kaplan in Frazlau und Johann Kozinc als Kaplan in Kostreinitz; ferner die Herren Quiescentpriester: Martin Gabere als Kaplan in heil. Kreuz bei Luttenberg und Kaspar Kacičnik als Kaplan zu St. Stefan bei Süßenheim.

Uebersetzt wurden die Herren Kapläne: Johann Bohanec nach Luttenberg, Andreas Keček nach Trisail, Martin Kralj nach Großjonntag, Josef Muha nach Cadram, Ferdinand Šostarič nach St. Leonhard W. B., Mathias Stoklas jun. nach St. Veit bei Montpreis, Markus Tomazič nach St. Egid in W. B., Jakob Vidovič nach Kapellen bei Radfersburg, Alois Vojsk nach St. Barbara bei Ankenstein, Valentin Mikus nach St. Georgen a. d. Südbahn, Hermann Kapus nach Maria Schnee in Wölling, Franz Moravec nach Kleinjonntag, Markus Stuhec nach Vaporje, Johann Munda nach Wisell, Johann Pajtler nach Haidin und Franz Vračun nach St. Lorenzen an der Kärntnerbahn.

Neuangesetzt wurden als Kapläne die Herren: Franz Hurt in Hörberg, Franz Janežič in Wind-Feistritz, Anton Kolar zu Weitenstein, Johann Toman zu Oberburg, Franz Valenko in Reichenburg, Anton Veternik in Trisail, Robert Vaclavik in St. Genma, Franz Berglez jun. in Kötsch, Franz Berglez sen. in Schleinitz bei Gills, Franz Bratkovič in Leškovec, Franz Kakuska in St. Kunigund am Bachern, Friedrich Kukovič in Gonobitz, Franz Mandeliček in Peilenstein, Anton Mojžišek in St. Barbara bei Wurmberg, Josef Plepelec in St. Thomas bei Großjonntag, Josef Potovšek in Drachenburg, Josef Sigl zu St. Johann am Draufelde, Jakob Tajek zu Hochenegg, Karl Wenig zu Kalobje und Anton Zavadič zu St. Martin am Bachern.

In den zeitlichen Ruhestand ist getreten Herr Franz Nendl, Kaplan zu St. Egid in W. B.

F. B. Javanter Ordinariat in Marburg, am 19. August 1890.

† Michael,
Fürstbischof.